


Digitaliseret af | Digitised by



**DET KGL.
BIBLIOTEK**

Royal Danish Library

Forfatter(e) | Author(s):

Frigillanus, Matthæus.

Titel | Title:

In divini Platonis dialogum de legis perfectione
et diuino cultu scholia compendiosissima ...

Udgivet år og sted | Publication time and place: Parisiis : ex typographia Thomæ Richardi, 1561
Fysiske størrelse | Physical extent: 18 bl.


DK

Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk altid at kreditere ophavsmanden.

UK

The work is free of copyright. You can copy, change, distribute or present the work, even for commercial purposes, without asking for permission. Always remember to credit the author.





Kl. 39155

40

Det Kgl. Bibliotek



130025712456



IN DIVINI PLA-
tonis dialogum de le-
gis perfectione, & diuino

CVLTV SCHOLIA COM-

pendiosissima, ex Academia

& Lycio, colligebat Mat-

thæus Frigillanus

Bellouacus.

Ad sapientissimum Ecclesiastem D. Ioannem Valensem.



P A R I S I I S,

Ex Typographia Thomæ Richardi, sub Bibliis
aureis, è regione collegij Remensis.

1 5 6 1.

J. Grammii.
S

Ecclesiastæ sapientissimo, in
QVO VERAE RELIGIONIS
verum decus resplendet, Mat-
thæus Frigillanus Bello-
uacus bene agere.

BORM quæ à diuino Platone de legis perfectione, de diuino cultu, simul & totius philosophiæ ultimo fine tradita sunt (Ecclesiastes sapientissime) siqua sint nostra Scholia, cui potius consecrari debent, quam ei, cui nihil gratum esse potest, nisi quod aliquid veræ religionis & diuini cultus redolet? Consecrationis finis non est, ut ex nostra oratione tenui, & scriptura leui, aliquid bonæ frugis consequaris. Cur enim noctuas Athenas? Sed ut tui beneuoli animi in omnes studiosos authoritas dignetur zoilū arcere, & amore sciendi flagrantibus fauere. In Hamadriadum annos bene vale.



Ratio inscriptionis.



E I optimi maximi munere quondam factum est, ut mater nostra natura, magna quedam sapientiae lumina in luce proferret. Protulit Pythagoram contemplationi, Socratem actioni consecratum. Vt triusque moderatorem Platonem, qui de omni genere rerum dialogis copiosissime scripsit. Inter multos dialogos, hic omnino comparatus ad doctrinam, omnium princeps haberi debet. In quo, vel nusquam, suam sententiam exponit Plato. In aliis, aliorum philosophorum sententias plerunque examinat. Inscribitur Epinomis, quoniam adiectus est libris de legibus, & ea exhibet quae illi pollicebantur, nimirum humanam felicitatem, quae in sapientia & diuino cultu cernitur, quam paucissimis in hac vita posse contingere arbitratur Plato. Inscribitur etiam Philosophus, quoniam ut ex contextu colligere licet, & docte satis admonent Platonici, verè & serio philosophanti munus describit, eum certis disciplinarum gradibus instruens, & eas reuiciens, quas homine philosopho indignas existimat. Cæterum hoc dialogo singit Plato nouem gnosios (quorum nomina subtiliterunt) cum Clinia & Megillo profectos esse ad antrum sacrum Iouis, ut Oraculo haberent rationem legum. Quibus factus est obuius Plato, qui de legibus sententiam expressit, volens innuere Palladis & Acheniensium leges cæteris anteponendas.

A ij

In Epinomide Platonis M. Frigillani

Vt communiter.) Vnius animi prudētia vix tanta esse potest, ut neglecto aliorum consilio, possit recte leges rogare.

Omnis) Huic consentaneum est, quod scribit Aristoteles primo de cœlo. hoc vocabulum omne usurpari non posse in seria disciplina, neglecta triade, in qua rerū perfectio relucet.

Tres ô hospes) Tres sunt personæ agētes, tres nationes, tres legum latores. Clinias erat Cretensis, hospes Atheniensis, cuius nomine intelligitur Plato. Megillus Lacedæmonius, Minos legislator in Creta, Solon Athenis, Lycurgus Lacedæmonii.

De prudentia quæsturi) Finis librorum de Rep. & de Legib. unde licebit colligere, verum animum Reip. esse prudentiam iunctam cum iustitia. Nam ut in doctrina eius sepius habetur, Nosse seipsum, est prudentiam & iustitiam colere.

Quantum natura fert) Animi existentis in corporis custodia non est vera purgatio, qua omnino possit res contemplationi subiectas contemplari. Proinde cognitionis humana non est absoluta perfectio. Hinc agnosce inter deum & naturam veram dissimilitudinem: simul animum egere organis corporeis, ut aliquatenus fungatur suis muneribus.

Quod vero & inuenit) Sapientia, quæ est finis legum, quibus administratur Resp. no[n] nisi multo labore acquiritur, & paucis animis conceditur.

Verum nullo pacto) In nulla parte philosophiae concedit Pallas serio philosophari, nisi illa prius nobis aperuerit philosophandi verum finem.

O amice) Sublata vero amicitia, rogationi legum nullus locus relinquitur.

Mirum & quodammodo non mirum) Futurus sermo nō caret admiratione, si res agatur cum imperita multitudine, quæ propè infinitas molestias experitur. Nihil penitus continet admirationis, si habeas rationem viri sapientis, qui ex germana sapientia synceram percipit consolationem. Vnde ut omnes animi molestiæ facilimè deponantur, solet ad philosophiam sese referre.

Finis legum est beatitudo, cuius una pars ab Aristotele ex primitur primo Ethicorum, altera decimo. Ea potissimum cernitur in contemplatione & cultu diuino. huius est religio, illius sapientia, atque in his duobus pene tota Platonis Academia consistit.

Athenarum singitur conditrix Minerua, quæ nobis significare potest sapientiam. Vnde licebit agnoscere Atheniensium leges Cretensibus & Lacedæmoniis non esse postponendas.

Quorum desiderio) Agnoscit nostras actiones non esse inanes cantiones, sed earum beneficio præmia vel supplicia nos aliquando consequenturos.

Nemo enim ignorat) Brevis commemoratio malorum, quibus neglecta sapientia subiicitur vita hominum: ea copiosus explicatur à Plinio libro sexto, ubi agit de natura hominis: & ab Erasmo in adagio, Bellum dulce inexperis.

Breue autem) Tres sunt partes vitæ humanæ: una spectatur in accretione, altera in diminutione, tertia est media, quæ vocari solet status, quam hoc loco Plato breue tempus nominat, quo vix homini respirare conceditur. ubi obserua infinitas myriades malorum, si conferantur cum bonis, quæ ex Rep. ad ciues promanant. Vnde sit, ut nihil possit esse iu-

In Epinomidem Platonis M. Frigillani

cundius, quām ex hac vita ad aethereas sedes migrare. In quibus (ut tradit Aristoteles nono cap. lib. primi de Cælo) sunt entia quædam, beatam & perpetuam vitam degētia.

Sed citò) Senectus tristis destituta voluptatibus, & imbecillitate onusta, nonnunquam repuerascens, iniquo animo fert discessum ex hac vita.

Quærimus enim) Propositum dialogi, euoluere methodum, qua scientiæ cupiditas à natura insita in actum reducetur, & suos effectus sortietur.

Singulis insit) Omnibus est indita vis perueniendi ad sapientiam. Insunt igniculi ad omnes virtutes, sed in plerisque extinguntur: quia honesta educatione non fouentur. Idē testatur Aristoteles initio primi libri primæ philosophiæ.

Nomine communiter) In doctrina Platonis, quod etiā admonuimus in dialogo de sapientia, (qui Theages inscribitur) duplex est sapientia. Una quadam ex parte, & habita ratione unius artis. Altera absolute dicta. Prior in singulis artibus inuenitur. Posterior duntaxat in contemplatione & diuino cultu. Priori loco recensentur ille artes, quibus si animus humanus fuerit instructus, non inde poterit simpliciter nominari sapiens. Vbi obserua, consensum inter Platonem & Aristotelem in docendi methodo. Vterque solet prius explicare quid non sit.

In omni genere sermonis) Hoc dictum videri potest in sophistas, quibus, præter garrulitatem & inanes disputationes, nihil ineſt eruditionis. Ab animo sapiente reiicit Plato sermocinatrices disciplinas, qua parte in peruvicacitate consistunt.

Nos quidem hospes) Benigna & facilis affensio eius,

qui docendus aduenit, simul & finis veræ doctrinæ, nimirum agnitus veritatis.

Prima vero) Reiicitur primò ars culinaria, quæ ad iuandum calorem natuum inuenta est. vide Plutarchum libro de esu carnium. Tum diligètius obserua quid commercij existimet Plato inter culinam & sophiā: & quām ferina fuerit quondam vita humana, quæ carnibus humanis vescebatur. Mineruæ, & sapientia maiorem laudem tribuendam.

Deinde vero) Beatitudo propria viri sapientis, confitens in actione viriutis, non est ab actione Cereris. Proinde rectè cibi Cerealis, & agriculturæ artificium reiicitur à vera sapientia. Ceterum, obsernabis originem agriculturæ partim esse à natura, partim à diuino quodam fauore.

Cerealis) Primit temporibus vescebantur glandibus, alma Ceres edoc̄ta à Saturno patre (cuius nomine intelliges experientiam & diurno tempore factam obseruationem) effecit ut tritici & frugum ad nutritionem corporis humani esset aliquis usus. hic nonnulli nomine Cereris intelligunt uxorem Noæ à Deo edoc̄tam rationem agriculturæ.

Sed natura & Dei quodam fauore) Hic obseruare licet in Platonis Academia, & Aristotelis Lycio, penè ubiq; Deum & naturam coniungi, quoniam in ea versantur opinione, ut existiment Deū per secundas causas omnia administrare. Vide Platone in Timæo. Illic agnoscet deos deorum, & cratera iuniorum.

Sed nec domorum) Quæ nihil faciunt ad virtutem, inse sapientiam non continent, tales sunt omnes artes instrumentariae: in illis itaque sapientia non consistit.

In Epinomidem Platonis M. Frigillani

Venatrix etiam) Venationi subiectum id potissimum censetur, quod cum sit ferum, esui humano est accommodatum. In quo non est beatitudo, perinde neque sapientia.

Sed nec diuinatio) Sapientia non consistit in his artibus, quae veritatem non agnoscunt. Artes quae ad diuinationem pertinent, veritatem non agnoscunt, sed tantum sunt ex eorum numero quae dicuntur.

Reliqua est imitatrix) Ut tradit Aristoteles lib. de arte poetica, imitatio est propria puerorum, quibus non conuenit sapientia. Præterea, sapientia est res seria, & vera animi perfectio, qualis non est imitatio.

Sed omnibus bellatrix) Hæc bellatrix facultas (ut est apud Aristotelem septimo Politicorum capite secundo) bona habenda est, non ut finis ultimus, sed eius gratia. Præterea bellatrix eget fortitudine naturali, quæ viro sapienti non est necessaria: cui consentaneum quod scribit Arist. i. s. capite septimi Politicon, fortitudine & constantia opus esse ad negotium, sapientia vero ad orium.

Sed felicitate maximè indiger) Intelligit felicitatem illam popularem, quæ potius rebus externis mensuratur, quam vera animi perfectione.

Medicina quoque) Medicina numeratur inter facultates adiutrices, cuius officia sunt, morbos profligare, restituere & conseruare sanitatem, quæ consistit in temperie quatuor qualitatum & humorum, in quibus non relucet splendor vere & germana sapientiae.

Nullus enim eorum) Inter proprietates sapientis quæ ab Aristotele numerantur primo lib. primæ philosophiae, haec una est, omnia nouisse: at qui gubernatores ne ea quidem sa-

tis nouerunt, quæ ad suam artem pertinent: nullus igitur eorum est absolute sapiens dicendus.

Reliqua est mira quædam vis) Solertia (ut tradit Aristot. sub finem prioris libri de demonstratione) est quædam naturæ subtilitas, & ingenij dexteritas, qua qui prædictus est, in temporis puncto rei cuiusque rationem excogitat. In ea tamen non vult Plato consistere sapientiam, quoniam penè tota est naturalis.

Verè sapientem) Hoc dictum ad differenciam veræ sapientiae & apparentis, quæ est in reliquis artibus.

Naturæ solertiam) Si solertia non sit sapientia, neque cæteræ dotes. Nam inter omnes primum locū sibi attribuit.

Veruntamen necesse est) Hactenus exclusæ sunt quatuor facultates, nempe naturales, necessariæ, ludicræ seu iocose, & auxiliatrices, quibus omnibus si quis fuerit instrutus, non tamen absolute dicetur sapiens. hac secunda parte propositum est Platonis docere ipsam sapientiā acquiri virtute morali, & illis virtutibus quæ ad contemplandum pertinent. Initium sumit à commendatione disciplinarum, quæ consecratæ sunt contemplationi, inter quas principem locum obtinet Arithmetica. Nam versatur in numero tanquam diuino munere. Est enim rationis & discursionis necessarium instrumentum, quo sublato, omnes artes corruerent.

Hanc igitur primam) Arithmetica cæteris anteponitur, quoniam maximè ingenium acuit, memoriam confirmat, & animum ad contemplandum aptissimum reddit.

Cælum fermè, quod par est) Cælum reponit in numero deorum, quoniam in eo & eius duplice conuersione continetur vera causa ortus & interitus rerum omnium quæ hoc

In Epinomide Platonis M. Frigillani

mundo sublunari continentur. cui nō est admodum dissimilis sententia Arist. lib. de mundo ad Alexandrum. Ad cælum, inquit, manus tollunt deprecantes, quoniam in eo deum esse omnes existimant. Non tamen inde colligas voluisse cælum esse Deum supremum. Nam in dialogo, qui de regno inscribitur, ita loquitur, *Vniuersum hoc Deus ipse regit, agitat & rotat.*

Cælum fermè) Cælum, est causa secunda, & inferiorum causarū causa. Nam cùm sit illius duplex motus, unus qui vocatur *raptus*, quo metimus diem naturalem: alter in zodiaco, in quo sunt septem planetæ qui vici studinis rerum causæ sunt. Dicitur enim ille circulus *Zodiacus*, vel quòd sit causa vitæ, vel quòd in eo sint signa similia viuentibus. Cælum trifariam in hæc inferiora agit suo motu, suo lumine, & sua occulta influentia.

Dedisse præterea) Tanti facit numerum, quoniam (ut scribit Arist. octauo capite tertij libri Rheticorum.) omnia numero terminantur. Vnde Pythagorici asserebant numeros esse substantias rerum: & Xenocrates animum definiuit numerum seipsum mouentem.

Id verò maximum) Cæli corporei laudes transferendæ sunt ad cælum incorporeum, id est, ad ideam cælestem, cuius virtus, magna ex parte relucet in rebus corporeis.

Nunquam enim fermè) Omnis ratiocinatio siue naturalis, siue artificiosa, constat certo numero. Eo igitur sublatto, non potest animus cuiusquam animalis ratiocinari. Profert autem duo & tria, partim quia sunt primæ species numeri, partim quia in ratiocinatione perfecta spectantur, binarius & ternarius. Binarius, si habeatur ratio antecedentis: ter-

narius verò, si consideretur ratiocinatio, in qua sunt tres termini & tres propositiones.

Par & impar) Hoc videtur Pythagoricum. Nam Pythagoras voluit par & impar esse primam numeri essentiam, quae tamen sunt eius differentiae diuidentes.

Quas sensu solum) Hinc licet colligere verum discrimen inter hominem & bruta animantia. hæc (ut inquit Arist. primi Metaphysicæ primo cap.) sensu memoria & imaginatione ducuntur reguntur: homo autem ratione & intelligentia.

Sensu solum) Multis sensibus hominem superant bruta animantia (exempli gratia) olfactu, quo minimè valemus, quia nostrum cerebrum est frigidissimum: tamen tactu maximè valet homo, & superat omne genus animalium. Unde ex Aristotele libris de animo, qui maximè valent tactus & molli carne, non flegmatica, sed sanguinea constant, sunt ingeniosi maximè. Noster appetitus est longè præstantior appetitu brutorum, si consideretur ut natus est obedire & subiici rationi. Deterior, si habeas rationem eius varietatis: nam nunquam agit leo in leonem, agit homo.

Reliquam verò virtutem) Cuiusque virtutis certi sunt quidam gradus, quos si consideres, nihil prohibet unam absq; aliis haberi. Est & cuiusque sua quedam ultima perfectio, quæ Græcis εὐτελέχεια nominatur, & quia hæc maximè consistit in illo communi vinculo societatis, si eius rationem habeas, non potest una virtus acquiri, ceteris neglectis.

Verum si quis, quod diuinum) In generatione potissimum spectantur duo diuina, nimirum spiritualis animi motio, & species naturalis quæ redditur perpetua per continuam gene-

In Epinomidem Platonis M. Frigillani

rationem individuorum. In priore cernitur numerus musica proportione consonans: & quia eiusmodi motus animi est omnino liber, inde colligimus diuinam quandam substatiā per se consistentem. In posteriore etiam est verus numerus, nempe specierum certo ordine dispositio, ex quarum continuatione colligimus aeternitatem cuiusdam ideæ superioris.

Qua in re pietas) In hac diuinitate generationis colligitur vera causa, quæ nos impellit ad diuinum cultum & veram symphoniam inter animi partes, qua constante nullis sceleribus confundatur animus.

Nullum vatem) Platonici vaticiniorum quatuor genera asserebant, diuinum, dæmonicum, humanum, & naturale, quibus abditiissima quæque cognoscerentur. Postremum tribuebant etiam brutis animalibus: unde existimabant cygnum præsigire suam mortem. vide pronubium, Cygne cantio. vide etiam Phædonem & conuiuium Platonis. In hoc explicat vatis officium.

Nullius mali causam) Quandiu seruat verus numerus & verus concentus inter animi partes, ille nullis malis subiicitur, quando omne genus malorum alienum est à symphoniam.

Vt in animo, ita in corpore) Quando vera est symphonia inter corporis partes, bene habet corpus. Ille autem concentus cernitur inter quatuor primas qualitates & quatuor humores. Cum vero vitiatum est corpus, abest omnis symphonia.

Et qui iustum) Hæc tria coniungit, quoniam inter se reciprocantur, solaque ratione distinguuntur. Nam, ut est apud Aristotelem quinto Ethicorum primo cap. Iustitia & vir-

tus sunt idem. Quid autem sit bonum, & quæ eius proprie-
ties, vide sextum caput primi Rheticorū ad Theodectē.

Numeri rationisque) Coniungit numerum & rationem
inter se, quoniam ita tradunt operas mutuas, ut unius absq;
altero nullus usus esse possit.

Nec veram opinionem) Hoc addit, quoniam, ut tradit
Aristoteles sexto capite primi Rheticorum, & secundo
Ethicorum, quidam existimauerunt nullum esse bonum, nisi
apparens.

Sed consideremus iam quo) Cui debeamus ferre acceptā
numeri originem & eius usum.

Vnum & duo percipimus) In omni re quodammodo in-
uenitur ternarius numerus. Praeterea unitas essentia, & dua-
litas principiorum, quæ eiusmodi essentiam constituant.

In rei cuiusque generatione tria sunt principia, materia,
forma, & priuatio. Cuiusque rei una est essentia, & duo
principia quæ dant esse rei, materia & forma. Unitas, est
principium omnis numeri, binarius prima eius species. Siue
transmutationis, siue compositionis rationem habeas, semper
erunt unum & duo: in transmutatione subiectum & duo
contraria: in constitutione essentia duobus principiis com-
posita.

Celum semper sua conuersione duo & unum docet. Vnū,
primum motum & primo mobili proprium, duo, motum du-
plicem: unum, ad quem mouentur septem orbes, alterum illis
proprium in zodiaco.

Vnum est quod habet propriū lumen, nempe sol: duo sunt
quæ habent lumina, sol & luna. Cæli unus est motus, qui
causa est duorum, nempe diei & noctis.

In Epinomide Platonis M. Frigillani

Et una totius cœli reuolutio, sunt duo motus contrarij,
onus primi mobilis ab oriente ad occidente, alter nempe
planetarum ab occasu ad orientem.

In moralibus sunt virtutes, extrema & propria cuiusque
materia. Est virtus, sunt cuiusque virtutis duo extrema.

Naturam vimque accepimus) Videtur Plato vel edo-
ctus diuinitus, vel à sacerdotibus Ægyptiis, subolfecisse
trinitatem.

In qua explicatione) Cœli conuersio, qua dies ut nox
mutuo sibi succedunt, est prima causa numerorum.

Vnde & noctem oculorum) Huic consentaneum quod
scribit in Timæo, nobis datos esse oculos gratia contempla-
tionis rerum cœlestium.

Ita quotidie varia) Huius varietatis causa est varius
aspectus solis, à quo luna suum lumen mutuatur, simul & di-
uersa interpositio terræ inter solem & lunam.

Ad quindecim usque dies) Bifariam potest annus me-
tiri vel lunæ duodecim reuolutionibus, vel propria solis re-
uolutione, que 366. diebus perficitur. Sol proprio motu sex
mensis ad nos accedit, & tunc terra incipit esse fœcundior,
& fructus producere. Sex menses à nobis recedit, & tunc
omnes plantæ senescunt & intereunt. Duplex est dies, unus
naturalis, qui perficitur una reuolutione primi mobilis: alter
artificiosus, qui dicitur quandiu sol lucet super nostrum he-
mispherium. Sunt noctes & dies inter se dissimiles propter
solis & lunæ obliquum proprium motum in zodiaco. Luna
mensis, Sol annum nobis constituit proprio motu.

Modo decrescentem fecit) Incrementum & diminutio-
nem intelliges non ex parte substantiæ, sed duntaxat ratio-

ne variae receptionis luminis à sole.

Cum & suauiter) Huic consentaneū quod tradit Hesiodus, agros aptos sementi, quos venti temperati serenāt, & suaves solis radij fouent, quoniam qui fructus ex illis absque stercoreatione nascuntur, diutius perseverant, & alimentum salubrius præbent. Nam qui ex agris stercoratis proueniunt, diu seruari illæsi non possunt, & vitiosos, minūsque salubres succos exhibent: unde fit ut diu viuaces non sint homines, neque valetudine inculpata. Longè enim melius genuino, quod ascititio humore excollitur ager.

Venti flant) Hoc dictum maximè propter ventum septentrionalem, cuius flatus non solet esse admodum suavis.

Imbres in terræ) Hinc colligi potest uniuersalem causam non satis habere virium ad generādum, nisi adiuetur causa inferiore: cui consentit quod scribit Arist. 2. de Natura: homo & sol hominem gignunt: quod intelligi potest de omni fœtu.

Nobis autem de legibus) Animi, corporis & fortunæ bonorum cognitio non est admodum difficilis, adeptio bonorum, quibus quis sapiens & beatus euadere posse, satis ardua, neque omnibus concessa.

Facilia cognitu esse) Homini præsterrim sapienti, cuius solius est de legibus præcepta tradere, cognitio bonorum facilis est.

Reliqua cursus bona) Existimat ad perfectionem ciuitatis & legum, possessionis diuinarum terminum esse constitendum, ne contingat multos nihil possidere, & ab opulentioribus opprimi.

Quæ verò sapientia) Ut est apud Arist. 1. Ethicorum,

*In Epinomidem Platonis M. Frigillani
in nomine sapientiae & beatitudinis omnes consentiunt : in
re autem subiecta penè nullus est consensus.*

*Penitus vera) Existimat Plato rebus omnibus antepo-
nendam veritatem.*

*Labori ne cedas) Vult innuere quæ sunt præclarissima,
non contingere homini, neglecto labore.*

*Vt ego pro utrisque) Non admodum utilia sunt studia,
nisi vero consensu foueantur.*

*Quare altius repetendum) Vnus est habitus, à quo ve-
rè sapiens homo denominatur, sed multis artibus indigeret, si-
ne quibus in ipsa politia nemo verè sapiens dicetur. Proinde
dubitat Plato, posítne ipsa sapientia uno nomine com-
prehendi.*

*Omni crimine legum) Diuini cultus tres precipuas par-
tes agnoscit Plato. Primum, ut agnoscant ciues Deum esse.
Alterum, rerum minimarum & maximarum ipsum curam
habere. Tertium, nec precibus, nec ullis muneribus iniquè
posse flecti.*

*Quandoquidem finis hic) Est commendatio legum à
fine qui inter causas, primas partes obtinet. Nam i. Ethici-
orum omnia propter finē aguntur. Deus agit ut finis. Cic.
de Legibus, Nulla gens tam barbara, quæ Dei cultum non
agnoscat. Est causa causarum. Nam finis impellit efficien-
tem, efficiens formam, forma materiæ per qualitates dispo-
sitæ dat esse, & informat: proinde præstantissima commen-
datio debet desumi à fine.*

*An deos hymnis) Solebat Plato tāquam diuinus phi-
losophus res magnas traditurus, initium sumere à deorum
comendatione, agnoscēs quæ magna sunt diis ferēda accepta.*

Itane, an aliter) In his inferioribus nihil bonum, nihil pulchrum, neglecto diuino cultu.

Quoniam male) Decimo de legibus afferit Plato eum nihil agere quod sit impium, qui deum esse sibi persuadet, & de eo recte sentit. Vbi impiorum hominum tria genera recēset, unum eorum qui deum esse negant: alterum eorum qui deum quidem esse fatentur, sed rerum quae mundo sublunari continentur, nullam curam habere, adeò ut tollat diuinam prouidentiam: tertium eorum qui & deum esse, & rerū inferiorum curam habere admittunt, sed flagitiosorum hominum votis, precationibus & sacris, facile placari. Hos omnes impios, & sceleratè viuere existimat Plato.

Maximè vera) Vult innuere quae vera sunt & bona, nulla obliuione oblitteranda.

Omnium verò maximum) Diuinitatis & diuini cultus confirmatio ex nobilitate & præstantia animi. Vbi obseruabis quippiam ordine naturæ nominari antiquius, non quod re ipsa præcedat, sed quia ratione suæ perfectionis primum naturæ proponitur.

Omnem animam) Quod alteri tribuit essentiæ & existentiæ rationem, merito censetur antiquius, talis est animus habens rationem agendi, ut corpus patiendi: est igitur ipso corpore antiquior.

Antiquiorem omni) Recipitur semen in matrice, in semine est spiritus agens: in matrice est calor nativus, quo agente cum spiritu disponitur materia ipsa per quadraginta dies, ut sequatur quædam organisatio: eodem instanti quo perfecta sunt organa, immittitur animus: unde neque prior, neque posterior esse videtur.

In Epinomide M. Frigillani

Natura prius) Natura prius dicitur, quia est perfectius. Nam natura sibi proponit quod perfectius est. Vide quintū primæ philosophie.

Maneant ista pro viribus) Agnoscit Plato animi humani imbecillitatem tantam esse, ut nihil nisi quæ sensibus percipiuntur, possit comprehendere. Nam ut noctua ad lumen solis caligat, ita animus humanus ad ea quæ sunt maximè intelligibilia.

Cum una animæ) Aristoteles nono capite primi de cælo, extra cælum sunt, qui vitam degunt beatam.

Concursu formam parit) Totius viuentis vera & essentia formæ est ipsa anima, quæ dat esse toti composito. Itaq; hoc loco nomine formæ intelligenda est vita humana, dependens à diuiniore animæ vita.

Solida verò corpora) Intelligit elementa quatuor & corpus cælestis. Nam concursu & permixtione quatuor elementorum, agente corpore cælesti, omnia corpora mixta gignuntur. Homo ex quatuor elementis tanquam materia, animo causa efficiente & formaliter tanquam causa cælesti. Nam is diuinus est & celestis, solusque extrinsecus aduenit Aristoteles secundo de generatione animalium.

Solida verò) Hæc sunt ad differentiam planorū, ratione profunditatis. Nam cum sit triplex dimensio, nempe longitudo, latitudo, crassitas vel profunditas, hæc supponit reliquas duas, & nō est absque illis, neq; latitudo est sine longitudine.

Ex quibus pulcherrimæ) Interres naturales, præstantissimæ sunt quæ viuunt, & inter viuentes principem locū sibi vendicat natura humana, cuius animus est diuinus & immortalis.

Cuius generi soli fingere) Discrimen inter formam & materiam, inter animum & corpus, inter causam superiorem & inferiorem, inter diuinam prouidetiam & globum uniuersum.

Omnis forma est incorporea.

Non enim semel) Millies relecta magis magisque placent, semp̄que admiratori suo nouum miraculum ostendunt.

Erasmus.

Paribusne transmutationibus) Agnoscit transmutatio-
num duo genera, quasdam pares & constantes, quarū cau-
sa est constans & immutabilis, verbi gratia, homo & sol ho-
minem semper gignunt: quasdam impares & inconstantes,
nimirum quæ a fortuna & temeritate originem habent.

Variaque singula) Aristoteles sexto Ethicorum, & pri-
mo primæ philosophiae, generationes & actiones omnes sunt
rerum singularium.

Primo terrenum) Hoc adiectum est, quod & terræ be-
nignitate nutriantur animalia, & ex omnibus elementis,
terra in ipsis maximè dominetur.

Corporum quædam simplicia ut quinque partes uniuersi,
quædam mixta quæ ex permixtione illorum nata sunt.

Omnia ex omnibus) In singulis corporibus mixtis domi-
natur aliiquid elementum.

Alterum animalium) Intelligit sydera quæ animata esse
arbitratur, quoniam nobilissimo corpori nobilissima debetur
forma: at qui corpora cœlestia longè sunt nobiliora, quam cor-
pora sublunaria, & hæc sunt animata, ergo etiam cœlestia.

Ignis plurimum possidet) Cælum propriam habet lucem,
est in motu perenni, ut & potestate calidum est, permixtio-

In Epinomidem Platonis M. Frigillani
nem maxime refugit, proinde hoc loco nominatur ignis.

Cernique potest) Quicquid per se aspectu percipitur, aut est color, aut lux, aut lumen: ea sedem habent in corpore tanquam in subiecto.

Et ignis) Triplex est ignis: unus cœlestis qui perpetuo mouetur: calidus potestate non vrens, lucidissimus: alius sublunaris in concauo lunæ locum habens, plus calidus, quam lucidus non adurens, refugiens quantum potest permixtionem. Est & alius ignis noster, qui adurit propter nimiam terrena permixtionem.

Terræ quoque & aëris) Non vult innuere in cælo esse quid terrenum, sed vult sublatu cælo nullas in his inferioribus esse actiones. Nam si non adsit causa superior, nihil potest inferior.

Terræ quoque) Hac permixtione innuit substantiarum connexionem, simul virtutis & actionis communionem.

Partus particulæ) Hinc agnosce rerum sublunariū longè minores esse vires, quam cœlestium.

Animaque beatissima) Platoni, Aristoteli duplex est animus, unus assistens, alter informans.

Duabus sortibus) Duplex est sors: una æterna superiorum rerum, altera caduca inferiorum.

Ut longiore non egeant) Omnibus quæ sublunari mundo continentur, est posita periodus vitæ & terminus.

Sed terrenum) Rerum cœlestium constans & perennis est mutatio & actio: rerum inferiorum natura posita est in continuo fluxu, adeò ut in illis nihil constans & permanens repetire possit.

Quod autem ordine) Constantia corporum cœlestium

satis arguit, & probat ipsa certa quadam mente dirigi.

Nulla est in cælo paſſio, ſed conſtantis eius motus. Nam omnis paſſio eſt à qualitatibus.

Animæ verò intellectum) Hæc neceſſitas eſt intelligenda ex parte patientis. Nam omnis animus, in quo eſt intellectus, liberè agit, corpus verò cogitur eius iuſſa capereſſe.

Ducens enim) In brutis animantibus imaginatio & appetitus diriguntur, impelluntque corpus ad quodvis munus obvendum: in nobis intellectus & ſuperior appetitus corpus dirigit.

Nec adamas ſolidius) Quemadmodum tanta vis in eſt hirci ſanguini, ut hac poſſit adamas fecari, corpus maximè ſolidum, & ſectionem reſpuens: ita tanta eſt virtus ſanguinis Chriſti, ut ſolus potuerit mortale genus redimere, & illud ſolidiſſimum corpus, nempe peccatum ſecare.

Sed tres profecto Parcæ) Nomine Parcarum, intelliguntur Platonici fatum, id eſt, cohaerentem & conſtantem ſeriem rerum ſuperiorum & inferiorum, quibus principia media & fines horum inferiorum diriguntur.

Ille circuitus) Eſt zodiacus in quo ſunt septem planetæ, vel totus globus. Zodiacus vocatur quod vitam præbeat, & conſtet signis quaे animantium imaginem referunt.

Nec furſum, deorsumque) Immutabile eſt conſilium illius diuinæ mētis, que primò corpora cæleſtia regit, iisq; tandem hæc inferiora reguntur.

Multis autem noſtrum) Aduerſariorum hoc erat argumentum, quod animum & mentem habet, liberè agit: quod autem agit liberè, non ſemper eodem modo, neque eadem agit. Quodlibet corpus cæleſte ſemper eadem agit, & eodem

In Epinomidem Platonis M. Frigillani
modo : non ergo habet animum & mentem.

Decebat autem) Constatia videtur magis arguere subiecti perfectionem, quam mutabilitas. Igitur animus forma omnium præstantissima & constantissima potius debetur corpori cœlesti, quam his inferioribus.

Commoda præbet) Nisi septem planetæ certo & constanti ordine, proprio motu mouerentur in zodiaco, nihil in his inferioribus produceretur ad usum animantium.

Quod autem) Substantia cœlestis diuinitas, magnitudo immensa, mirabilis virtus, quæ omnibus vitam tribuit, motionis celeritas & constantia, Platonis videntur satis probare corpora cœlestia esse animo prædicta, in quo sit mens.

Non enim tanta) Hic locus faciet ad confirmandum, quod tradit Aristoteles libris de Animo, ipsum sensum non decipi circa proprium obiectum. circa commune vero, plerunque contingere deceptionem.

Quæcumque feruntur) Discrimen inter firmamentum, quod tantum uno motu cietur, & septem planetas, qui duplice motu mouentur. Sunt astra in firmamento, infinita ratione nostri, quæ non mouentur nisi ad motum ipsius firmamenti, & proinde dicuntur fixa.

Terra maiorem esse) Nunquam naturaliter potest dari eclipsis solis per uniuersam terram, ergo sol maior est terra. Fit enim eclipsis solis, quando luna inter terram & solem secundum diametrum locatur.

Ego igitur) Huic consentit Aristoteles libro de Natura, & duodecimo primæ philosophiae, ubi multis rationibus conuincit unam esse primam causam, cuius motu omnia diriguntur.

Nec aliter fieri) Sublata causa mouente, conseruante & prouidente, non potest seruari tanta constantia in revolutione corporum cælestium: at qui Deus est causa mouens, cōseruans & prouidens. Ergo sublato ipso, colluntur omnia.

Aut ad sit, aut insit) Ex hoc loco non male colliges confirmationem sententiae theosophorum afferentium duplē formam. Vnam duntaxat aſſistentem & dirigentem more naucleri, alteram non ſolū dirigentem, ſed omnino informantem, qualis eſt animus humanus, quādū eſt in corpore.

De iſpis nugari) Nugas intellige prodigiosam, & planè impiam generationem deorū à poëtiſ confitam, ſi non agnoſcas moralem vel naturalem allegoriā. nam in dictis Platonis, praefertim cùm Pythagoram agit, interdum allegoria quærēndā eſt naturalis, interdum moralis. Sic figmenta poëtarum allegoricōs explicanda ſunt, aut omnia erunt portentosa & obſcēna, ſi tantum literāe ſenſus exquiratur.

Virisque commune) Animo & corpori nihil verè eſt commune, partim quia in materia non conſentunt, partim quia animus à nulla materia dependet, partim etiam quia corpus non videbitur vera eſſentia, ſi cum animo cōferatur. Nam, ut tradit in Timaeo, res corporatæ ſemper gignuntur, & nunquam verae ſunt: non tamen inde colliges falſam Aristotelis ſententiam, afferentis multas eſſe affectiones communes animo & corpori, quia nec ſunt animi proprieſ nec corporis, ſed totius coniuncti.

Animā verò) Triplice diſcriben inter animū & corpus.

Hoc nullius cauſa ſit) Non intelligas corpus ut tantum eſt iſpa materia, ſed ut eſt iam in eo appetitus inferior qui reſiſtatur.

In Epinomidem Platonis M. Frigillani

Illa omnium passionum) Omnes perturbationes, quæ cadunt in hominem, tribuendæ sunt animo & facultatibus eius, tanquam primis causis efficientibus. Nam corpus, ut consideratur materia quædam, agendi nullam vim habet.

Nam aut deos) In astris agnoscit Plato animum & corpus, animos deos appellat, corpus verò deorum simulachra & imagines.

Aut deorū) Mundus Platoni & Aristoteli dicitur deos, quod perpetuus & constans sit eius motus.

Communiora) Hæc communio referri potest ad astrorū actionem, qua singulis viuentibus commoda tribuuntur.

Iam tria) Quinque genera animalium intellige, in quibus aliquid corporum simplicium dominatur.

Et quo anima) A triplici anima dependet horum animalium generatio, nimirum ab anima mundi, ab intelligentia cœlesti, & à propria forma.

Cælum implevit) Nominе cæli cum Arist. intellige globum ex quatuor elementis & corpore cœlesti.

Deos igitur Iouem) Iupiter Platonicis significat munus diuinæ prouidetiae: imò verò est vis animalis eiusmodi prouidentiae subiecta.

Cuncta videntes) Tum in intelligentiis cœlestibus, tum in dæmonibus, sensus seu cognitio potius interna, quam externa est intelligenda.

Deinceps verò) Hoc loco agnoscit Plato omnes bonos esse dæmones, in libris de Repub. quosdam malos.

Interpretationisque) Interpretationum, quæ fiunt per dæmones, Platonici quatuor genera agnoscunt, somnia, voces, vaticinia & ostenta.

Prudentia mirabilis) Dæmonum natura Platonicis cognoscitur media inter deū & homines, cuius dotes sunt summa prudentia, sensus acutissimus, optima memoria, & motus celerrimus.

Cogitationes nostras) Media illæ naturæ quæ dæmones vocantur, non absolute cogitationes nostras agnoscunt, sed dunt axat ex rebus externis, nimirum ex notionibus, perturbationibus & figuris.

A doloribus, voluptatibusque) Huic consentit Aristoteles in Ethicis, & multis in locis. voluptas enim & dolor sunt præcipua capita omnium perturbationum, & proinde morali virtuti præponuntur.

Voluptatibus liber) Deo nulla est virtus moralis. Nam hæc versatur circa perturbationes. Ego sum, inquit, & non mutor, ab æterno iustus, nihil deo coeternum.

Cogitationeque penitus) Huic questioni, an natura possit deum agnoscere, poterimus sic satisfacere: apprehensione quidem, id est, quadam ex parte potest agnoscere: comprehensiæ, id est, modis omnibus quibus est intelligibilis, minimè potest. Sic seipsum solus agnoscit.

Deum nemo vidit unquam, visione comprehensua.

Cæteræ creature seipso non agnoscunt perfectè, sed quadam participatione.

Media enim animalia) Poteris intelligere medias causas, quæ facile immutantur ab actione cælesti, & immutatæ agunt in has infimas causas.

Ex aqua est) Non male semideum vocatur id quod ex aqua est: nam aqua est grauis, ut terra: translucida, ut superiora, & volubilis.

In Epinomide Platonis M. Frigillani

Quæ aut somniis) Modi quibus superiora inferioribus
præbent auxilium, & inferiores humano generi.

Multa multis) Vult legum sanctiones deberi diuino af-
flatui, proinde non licere naturæ humanæ, quæ tradita sunt
de religione & diuino cultu immutare.

Octo) Præter octo orbis cælestes, quos Plato & Aristoteles agnouerunt, Theosophi alios tres agnoscentes regum vatem, ita interpretantur, Aquæ quæ super cælos sunt, id est quæ sunt in cælo aquæ. Attamen poteris intelligere aërem. Nam hic est communis loquendi usus, Se commisit cælo, id est aëri, cuius tres sunt regiones: infima hæc nostra, media in qua gignuntur nubes, & id genus, suprema in qua (quoniam vicinior est igni) nascuntur meteora ignita.

Eadem ratione pessimi) Existimat deos deorum, id est causas causarum, seu causas superiores quadam religione & honore afficiendas, quæ tamen in primam causam tandem referantur.

Si quis solem) Quanvis maiores anni soli, minores lunæ tribuantur: tamen Platonis Saturni revolutio efficit annū maiorem, qui vocatur annus Platonis.

Imò verò pessimus) Consentient tres Respub. præstantissimæ, Atheniensium, Cretensium, & Lacedæmoniorum in religionis constantia, afferuntq; legislatori non licere quicquam immutare quod pertineat ad diuinum cultum.

Scito autem in cælo) Octo virtutes, sunt octo intelligentiæ, quæ octo orbibus cælestibus præficiuntur, nempe cælo stellato, cælo Saturni, Iouis, Mariæ, Solis, Mercurij, Venereis & Lunæ. Vbi obseruabis consensum inter Aristotelem & Platonem in numero orbium cælestium.

Magni aliquid) Veteribus philosophis artes mathematicæ erant maximè familiares & vulgares. Vide Platonem in dialogo qui inscribitur Amatores.

Sive ipsi progrediantur) Hæc pars referenda est ad septem planetas, quibus tribuitur proprius motus: mouetur enim duplii motu, nempe primi cœli & proprio.

Sive in vinculis) Hoc referendum est ad astra primi cœli, quæ duntaxat feruntur motu illius quasi cuiusdam vehiculi.

De vehiculis animalium vide Leonicenū, in doctrina Platonica, tria sunt vehicula animalium.

Animus tam diuinus non potest coniungi corpori tam materiali sine medio.

Quales nefas est) Reprehensio est fictionum poëticarum quæ diis attribuunt generationes quasdam legitimas, & quasdam præter leges.

Fraternis sortibus) Non est dicendum cœlestia potius favere quibusdam, quam aliis: proinde tollenda est iudicaria.

Visibilem statuit) Mundus sublunaris visibilis est, cœlestis etiam: Idealis verò non est visibilis nisi visione interna.

Admiratur) Ignorātia causæ parit alicuius effectus admirationem, admiratio discendi cupiditatē, cupiditas ad causæ investigationem impellit, investigatio gignit inventionem causæ, ex causæ cognitione gignitur scientia.

Deinde cupiditate) Huic videtur consentaneum quod tradit Aristoteles primo primæ philosophiæ, ipsas disciplinas originem habuisse ab admiratione.

Fœlicissimè) Ultima beatitudo humana est cognitio & contemplatio earum rerum, quæ natura mortali percipi possunt.

In Epinomide Platonis M. Frigillani

Virtuti loca) Agnoscit Plato certa quædam loca esse destinata iis qui studiosè vixerunt.

Initiatus) Vult animum non esse perfectè beatum, quādiu est in ergastulo corporis.

Et tertij illius) Astrologica obseruatione Mercurius est planetarum minutissimus sub solis radiis, à quo nunquam recedit plus, quàm ducentos triginta gradus.

Antiqua enim) Huius regionis antiquitatem copiosius explicat Plato in Timæo & in Critia, ubi testatur Athenienses originem duxisse ab Atlantico.

Quia cæli aspectu) In regione Ægyptia propter perpetuum æstum nullæ sunt nubes, nulla pluvia: sed harum vices ad terræ fœcunditatem supplet Nili inundatio.

Nunquam est aër nubilosus, ergo nunquam pluviae. Nam vapores terræ non eleuantur in aërem radiis solaribus. æstus enim minus impedit vapores eleuari, & eleuatos congregari. Sunt enim sub æquatore zona calidissima.

Probata ista) Sumptibus publicis nutriebantur philosophi, ut astrorum motus obseruarent, & iis obseruatis populū edocerent. Nihil enim diuinius agnoscebant.

Legibus sanciantur) Philosophia est perennis. nam Adamus edocitus fuit à summo rectore, cum Adamo vixit trecentos annos, & ab eo edocitus est Matheusalanus, cum Matheusalano 400. annos vixit Noe, & paulò post fuit diluuius Abraham cum Noe, cum Abraha Isaac, cum Isaac Iacob, Iacob edocuit duodecum Patriarchas, Patriarchæ petuerunt Ægyptum, ab iis edociti sunt Ægyptij, & Iosephus. Prima parte Timæi Solon fertur leges Atheniensibus prorogasse, ab his Ægyptiis edocitus. Pythagoras & Plato in-

uiserunt illas regiones, ut edocerentur ab Aegyptiis sacerdotibus.

Veneris) Vide secundum de natura deorum: de quadriplici venere, vide tertium de natura deorum in Cratillo. quinto & octavo de venere multa tradit.

Ad dextram) Hic obserua consensum inter Aristotalem & Platonem de duplice motu planetarum, uno proprio ab occidente ad orientem, altero qui vocatur raptus, quo scilicet ad motum octauum cœli ab oriente in occidentem omnes mouentur. Obseruabis & alterum consensum, nimis in orientem esse dextram partem cœli, in occidente sinistram.

Secum trahit) Aristoteli quinto primæ philosophiæ, tractio, est motus violentus, in cælo nihil violentum est: motus itaque primi cœli habita ratione inferiorum orbium non satis rectè nominatur tractio.

Cæteris tardior) Ex Orontio quātò proprius motus planetæ est tardissimus, tantò motus raptus est velocissimus.

Græcos præstantiori) Artificiosa cohortatio ad cultum deorum.

Delphicis) Solebant Delphica oracula consulere.

Humani generis) Deus humanam naturam agnoscit & ei prouidet.

Ipse enim seipsum) Huic consentaneū quod tradit Aristoteles secundo capite primæ philosophiæ, inuidiam in Deum cadere non posse, & multis in rebus poëtas sæpe mentiri.

Putauerunt ignem) Quoniam absque calore nulla potest esse nutritio, nulla vita conseruari potest in sua integritate. antiquissimorum philosophorum quidam asseruerunt

In Epinomidem Platonis M. Frigillani
ignem primum principium rerum omnium.

Et aquam) Videbant antiquissimi philosophi rerum omnium generationem & nutritionem egere quodam humorē, humoris primam causam esse aquam, proinde eā primum principium asserebant.

Qui antiquissima) Primum principium debet esse maximè simplex, levissimè & celerrimè mouere: at nullum est celerius igne. Si non fiat concoctio, non erit nutritio: humidum primogenium est pabulum caloris, calor animi vehiculum: proinde calore exhausto, fit animi separatio à corpore.

Hæc ut Platonī, ita Aristoteli nō probantur, qui secūdo de generatione animaliū inquit, calor qui est in viuentibus neque est ignis, neque ab igne originem habet, sed proportione correspondet stellarum elemento.

Ignem & aquam) Huic consentaneum quod est ab ipsa anima mūdi. Appositus est nobis ignis & aqua: per ignem, charitatem & Dei cultum non malè intelliges: per aquam, latam viam alienationēq; à Dei cultu, frigiditatem ipsam.

Bonum ab optima) Huic cōsentit hæc sentētia, Omne bonum desursum est, Perditio nostra ex nobis est.

Mala autem) Diuinum iudicium malos puniens, bonū iustitiae malum iniustitiae vincit.

Maxima virtus) Ad protoplastē potest id referri. Nā in illo fuit ignorātia, cuius causa fuit, quod Dei cultum neglexerit.

Psalmista inquit, Homo comparatus iumentis insipientibus, & factus est similis illis.

Quod ciuitati omnium) Tunc demū optimè agitur cum

Repub. quando antecedente honesta educatione & disciplina, sublataque omni hypocrisi, omnes ciues uno consensu suas actiones referunt ad diuinum cultum.

Quis doceat) Ille non seruat methodum docēdi, qui triplicem modum non sequitur.

Ab eo verò) Huic consentaneum quod scribit Aristoteles primo primæ philosophiae, non experiri aliquem esse sapientem, si possit docere. Is autem propriè dicitur docere, qui rem propositam per omnes causas explicat.

Deus adiuuerit) Tanta est animi nostri imbecillitas, ut nisi iuuerit illa prima causa, nō posset rerū causas inuestigare.

Necessarium) Necessitatem hanc referes ad perfectiōnem legum & ciuitatis.

Luna celerrimè) Fortasse non celerius aliis planetis circumvoluit, sed quia minus spatiū perquirit imperitæ multitudini, videtur eius motus celerior.

Sol deinde) Non inde colligas solē proximum lunæ. Nā eius sedes est in quarto cælo.

Qui solstitia) Non stat sol, sed cùm attigit Capricornū, videtur quodammodo stare, & tunc ad nos regreditur: cùm verò Cancrum attigit, à nobis recedit.

Doctrinis) Artes mathematicæ per antonomasiā dicuntur doctrinæ, quoniam eorum demonstrationes sunt omnium certissimæ.

Dico numeris) Agnoscit Plato duplēcē numerum, unū separatum, quo numeramus. alterum qui nominari solet numerus numeratus, qui non videtur aliud esse, quām res ipsæ numeratæ. Idem tradit Aristoteles in disputatione de tempore quarto physicon.

In Epinomide M. Frigillani

Illa deinceps) Geometria versatur in quantitate continua, continuitas unam declarat: Arithmeticā in multitudine & quantitate discreta, unum multitudinem antecedit, & multitudo nascitur ex divisione continui. Itaque Geometria & natura, & tempore est prior ipsa Arithmeticā. At vero quatenus bona pars cognitionis eius consistit in analogia & proportione, quae absque numeris intelligi non potest, ei anteponitur Arithmeticā.

Geometriam) Hæc appellatio videri poterit ridicula, si nominis etymologiam consideres. Nam terræ magnitudo omnium minima est, adeò ut Aristoteles vocetur punctus: ipsa autem Geometria omnem magnitudinem proposuam habet.

Numerorum vero) De proportione ideo differit Plato, quoniam, ut asserebat Architas, omnia inferiora & superiora certa proportione mouentur. Quod volebant innuere Pythagorici, cælo harmoniam tribuentes. vide Aristotelem problemate nono sectionis decimæ sextæ.

Post hanc numeri) Numerus si per se consideretur, nihil aliud est, quam unitas sepius repetita: proinde dicitur res incorporea, quam intelligere non est cuiusvis naturæ humanae. Numerus est triplex, quidam absolutus & per se consideratus, quidam proportionalis, & quidam qui nominari solet numerus ad figuram.

In duplo semper) Dupla proportio est ea ratio numerorum qua maiorem minorem bis æquè continet, ut quartus secundum. Ea dicitur perfecta, partim quia est genita inter unum & duo, partim quia generatione restituit unum à quo discessit, partim quia reliquas perturbationes complectitur.

Ea Pythagorici utebantur in comparatione partium universi, nempe in relatione terræ ad solem, solis ad firmamentum, & in actionibus atque passionibus elementorum.

Proportionibus) Proportio, est certa comparatio unius ad alteram: hæc maxime cernitur in numeris & magnitudinibus, & est quintuplex: nempe superparticularis, superpartiens, multiplex, multiplex superparticularis, multiplex superpartiens.

Duplo) Si fiat actio vel passio inter elementa agentis, virtus debet esse dupla: sic Pythagorici docent.

Vt fiat transmutatio ex aqua in aërem agente igne, oportet si ignis est octo gradibus, aquam esse quatuor gradibus.

Mathematici asserunt fieri actionem & passionem decupla proportione.

Alio vero dupli) Hic obseruandum medium duplex, unum quod fit per æquales numeros, & dicitur medium rei: verbi gratia, senarius inter nouenarium & ternarium: alterum quod fit per consimiles proportiones, etiam si non iisdem numeris distant.

Sesquialtera) Sesquialtera ratio est, quoties maior numerus semel minorem continet, & eius dimidiam partem, ut duodecimus, octonarius & sexenarius, quaternarius. Sesquitertia vero, quando maior numerus minorem semel continet, & eius tertiam partem, ut octonarius, sexenarius.

Ad diuinam generationem) Vt creatio est diuina, ita nihilatio diuina: & ut ex nihilo nihil fit, ita nihil abiit in nihilum.

Oculis) Hoc ad differentiam animorum qui sensibus non subiiciuntur.

Interrogando) Vult innuere Plato omnes series disciplinas indigere facultate differendi, cuius usus in interrogando & respondendo maximè relucet.

Sed simulata) Reprehensio sophistarum, qui sibi propo-nunt simulatam, non veram inquisitionem.

Deorum plena) In omni re relucet diuina prouidentia, & omnia adiuuantur diuina virtute.

Obierit) Post separationem animi à corpore nullius sensus est usus.


F I N I S.

25

I ND. IO ANNIS VALENSIS
ecclesiastæ laudem, I. Forgæi Mustereo-
lani Epigramma.

Inter quos flores peperit natura creatrix
Rerum, præcellit nobilitate rosa:
Hæc hortis etenim liquidum diffundit odorem:
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Inter quos homines claros natura creauit,
Inter eos te quis clarior esse nequit.
Tu pater, & princeps es verae religionis:
Diuini cultus raptus amore sacer:
Vestales pascens Christi sermone puellas,
Eloquio cuius prospera cuncta gerunt.
In quo tu roseæ rapidos imitatus odores
Es floris: nam te fortia quæque decent.
Quæ de diuini cultus conscripsit amore
Dogmata præceptor, deprecor accipias.
Te duce non metuent hominum volitare per ora,
Tu siquidem solus nulli odiosus homo.

232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000



卷之三
B
N

